

tem hæc diligenter aduertat, vt effugiat aeris frigiditatē, ventos cuiuscunq; qualitatis, & maximè nocturnum aerein, nec habitet in locis humidis & subterraneis, & ne propè accedat ad ignē, maxi-
mè verò capite. Præterea consulo, vt lauet caput
seinel tātū in septimana cū lixiuio dulci, in quo
decocta sit camomilla, malua, betonica, & maiora-
na: & exiccat caput pannis lineis mediocriter
calidis, non multum fricando, sed suauiter exic-
cando. Hora verò huius lotionis erit commodior
vespertina quā matutina. Inter omnia maximè B
euitabit molestias animi, & iram, quoniam hæc ci-
tissimè vitam eripiunt hominibus. Præterea exer-
cabit se moderate manè, vel domi res domesticas
tractando, vel foris deambulando: hoc agat pro-
utili commodius. Item studebit vt omni ma-
ne alius saltem seinel respondeat: & si alius non
fangetur munere suo, accipiat quartam partem
vniuersitatis terebinthine per horam ante cibum,
quod eam iuuabit in his suis affectibus non me-
diocriter. Circa cibum, quamuis iam habeat mo-
dum viuendi sibi præscriptū in tam diurno af-
fectu, tamen ego dicam ea quæ sunt magis princi-
palia, & maximè de vino, quod vt cōmodum sit,
multum refert. Habeat ergo vinum pauciferum,
clarum, & transparens, subtile, non intensi colo-
ris, optimè maturum, & ante omnia ne sit austre-
rum. Et de tali vino in prandio & cœna bibat me-
diocriter, quod non sit actu frigidum, & ideo igni-
pauxillum adhibebitur, vt illa frigiditas actu exi-
stens, repellatur. Varietatem ciborū euitabit: vni-
co cibo contenta sit. Fugiat carnes antiquas, vt
sunt bouinæ, castrorum antiquorum, aues a-
quaticas, vt anseres, anates, carnes porcinas, tam
recentes quā salitas, nec pisces cuiuscūq; gene-
ris comedat, nec caseum, nec pastilia. Sed cibus
suum erit, pulli, caro vitulina, oua recentia, far, spel-
ta, hordeum, & milium præparatum in optimo
brodio. Pro insalatatio comedat aliquando cappa-
res, cichorium, boragine, & lactucas coctas. Et
hic erit suus modus viuendi. Circa verò medica-
menta hoc obseruet, vt bis purgetur in anno, hunc
in modum:

R. Floris cassiae 3 j.

Specierum hieræ 3 ij.

Cum zuccharo fiat bolus, detur trib. horis ante prandium. Deinde:

R. Syrupi de cichorea Nicoli cum rhabarb.

Byzantini completi anna 3 j.

Brodij pulli, in quo decoquantur rad. petrose-
lini 3 iiiij. Misce pro vno syrupo & sic p alijs. Fini-
tis istis syrupis, accipiat infrascriptā medicinam:

R. Confect hamech 3 iiiij.

Syrupi rosati solutiui 3 iiiij.

Cum aqua boraginis fiat potio breuis. Detur
in aurora cū custodia. Præterea laudo vt acceptis
duobus syrupis primis, fecetur vena basilica bra-
chij dextri: & si haemorrhoides appareret, maxi-
mè laudarem, vt aperirentur appositis sanguisfu-
gis, & postea statim reciperet fumum ex aqua, in
qua bullierit camomilla. Itē, cōsulo vt sœpiissimè
vtatur zuccharo rosato: vt si singulis dieb. accipe-
ret 3 s. zucchari ros. ante cibū, vehementer lauda-
rem. Item semel vel bis in septimana accipiat 3.

A med. rhabarbari, vel masticando illud, vel pulue-
rizatum miscendo cum 5 j. vuæ passæ, vel cū zuc-
charo ros. Et hic modus est præseruandi hāc Ma-
gnificain dominā ad Vernū tempus: quo tempo-
re, si placuerit suæ Magnificentia, me certiorem
reddat de valetudine sua.

CONSILIVM CCCXV.

De sterilitate.



ST nobilissima mulier, quæ cōqueri-
tur de sterilitate: cū tamen sit iuncta
viro in flore ætatis constituto. Et nō
videtur ex apparentibus, quod talis
sterilitas procedat ex aliquo horum.
Maritus patitur gonorrhœam. Vxor percipit do-
lorem circa ventriculum, & interdum in capite.
Menses etiam plus albedinis habent quā cōue-
niat: nec tamē verè albi, nec sunt in quātitate dé-
bita. Ipsa nō est incōtinens: sed in ipso actu tardif-
fima. Certum est, quod causa sterilitatis vel est in
instrumentis, vel in materia. Non numerabo oēs
causas, quomodo vitientur instrumenta, neque
quomodo vitietur materia. Dicā per conclusio-
nes. Dubitatur an sit ex defectu mulieris: pono
hanc conclusionē, vitium esse in muliere per se, li-
cet in masculo sint plurimæ rationes quæ adiu-
uāt: & dico, quod est vna causa, ratione cuius se-
quitur talis effectus. Ego omnia audio esse in ea
frigidæ temperaturæ quantū ad genitalia. Primo
est tardissimi coitus, & sine appetitu. Præterea ex
his, quæ emittit scilicet mestruis, audio, quemad-
modum sint mucosa, & habent humiditatem, talis
humiditas & reliqua signa arguunt magnā fri-
giditatē in talib. mēbris. Et dico magnā, quia cū
sit iuuensis 22. annorū, & ditissima, est tamen fri-
gida: & talis frigiditas, quod est intensa, facit sto-
rilitatē. Primo condensat vterum, vt cotylidones
sint strictiores, vt non trāseat materia mestruī ad
vterum: & fiunt leuia, quia semper mucus aliquis
ibi adeit. Et mucositas cotylidonum facit, vt con-
ceptus nō retineatur. Nō dico, quod nō retineat,
& nō concipiatur, quia nō possit seruari semen: sed
quia acetabula sunt impura, & sunt repleta illa
muco, vt non possit peruenire ad vterum ipsum
menstruū. Et semen emissum à muliere, facit po-
tius ad voluptatē, quā ad conceptionē. Nā re-
uera materia cōceptus, est sanguis mestruus, qui
cū nō possit exire in hac muliere, nō potest fieri
cōceptus, vt primo de semine dicitur. Et iste sunt
causæ necessariæ: nam quando est frigiditas in-
F tensa valde, non fit generatio: si verò modicus sit
excessus, & reperiatur semen appositum, fit conce-
ptus, sed cū fuerit magnus excessus, nō fit cōce-
ptus. Quod autem vir citō emitat semen: non est
credendum, quod aliquo tēpore non sit in aliquā
dispositione emissum semen & simul, ideo hoc nō
est necessarium. Præterea gonorrhœa potest im-
pedire, quando semen nō est ita concoctum be-
ne: tamen hoc nō est necessarium, quin aliquā
tempore sit concoctum. Et credo, quod tantū
G vitiū sit in muliere, ex aliquo perpetuo, & neces-
sariō in ipsa, mouente, videlicet ex frigiditate vte-
ri, quæ facit cotylidones ita cōstrictos, & facit mu-
cositates vt nō possit generare. Ita potissima cau-